Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



acetuauiunt eum in con
silio suo. ⁊ humiliati sunt
in iniquitatibus suis. Et
uidit cum tribularentur.
⁊ audiuit orationem eorum.
Et memor fuit testamen
ti sui. ⁊ penituit eum se
cundum multitudinem mi
sericordie suae. Et dedit eos in mi
sericordias coram omni qui cepe
rant eos. Saluos fac nos
domine deus noster. ⁊ congrega nos
de nationibus. Vt confitea
mur nomini sancto tuo. ⁊
gloriemur in laude tua. Be
nedictus dominus deus israhel
a seculo usque in seculum.
⁊ dicet omnis populus
fiat fiat. Psalmus. cvi.
Confitemini domino
quoniam bonus. quoniam
in seculum misericordia eius. Di
cant qui redempti sunt a
domino. quos redemit de
manu inimici. ⁊ de regi
onibus congregauit eos.
A solis ortu ⁊ occasu. ab
aquilone ⁊ mari. Erra
uerunt in solitudine in
aquoso. uiam ciuitatis
habitaculi non inuenerunt.
Esurientes ⁊ sitientes
anima eorum in ipsis defe
cit. Et clamauerunt ad
dominum cum tribularentur.
⁊ de necessitatibus eorum e
ripuit eos. Et deduxit
eos in uiam rectam. ut
irent in ciuitatem habita
cionis. Confiteantur
domino misericordie eius. ⁊ mirabi
lia eius filiis hominum.
Quia saciauit animam
inanem. ⁊ animam esurien
tem saciauit bonis. Se
dentes in tenebris ⁊ um
bra mortis. uinctos in
mendicitate ⁊ ferro. Quia
exacerbauerunt eloquia
dei. ⁊ consilium altissimi
irritauerunt. Et humi
liatum est in laboribus
cor eorum. infirmati sunt
nec fuit qui adiuuaret.